Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725605-p0001-5

Bd 81 71

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725605-p0002-1

Szabó III 4534.



# IOSEPHO PRIMO,

## AUGUSTISSIMO ET INVICTISSIMO ROMANORUM IMPERATORI,

HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ REGI, ARCHI-DUCI AUSTRIÆ, DUCI BURGUNDIÆ, STYRIÆ, CARNIOLÆ, CARINTHIÆ, WURTENBERGÆ, MARCHIONI MORAVIÆ, COMITI HABSPURGENSI, TYROLIS, &c.

## DOMINO, DOMINO CLEMENTISSIMO,

# LAURUS AUSTRIACA,

NATALI FELICITER SUCCRESCENS, POEMATE ELEGIACO, TYPIS PUBLICIS adumbrata, & in Templo æternitatis, ad Majorem DEI Gloriam, CÆSARIS Perennaturam Adoream, Univerſi Chriſtiani Orbis Decus, Omnium Subjectorum Salutem, in Ipſo Feſto NATALI, Devotiſſimè ſuſpenſa,

*Die XIX. Martij, Anno,*

IOSEPHE PRODVCAS PACEM!

1705

Per Chriſtophorum Parſchitium.

---

VIENNÆ AUSTRIÆ, Typis Chriſtophori Lercheri, Univerſitatis Typographi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725605-p0003-6




CæsarIs aVgVstI nataLIs
sVrgIt ab aXe,
Vere noVo, Magno, gaV-
DIa VIVa ferens!

# IOSEPHO DoMVs CresCent!

PHoſphore redde Diem, quid gaudia tanta moraris?
CÆSARIS AUGUSTI, Phoſphore redde Diem.
Phoſphore redde Diem NATALEM, Solis ab Ortu,
Solis ad Occaſum, Phoſphore redde Diem.
Phoſphore redde Diem JOSEPHI CÆSARIS Almi,
Auſtriacæ Domui, Phoſphore redde Diem.
Concurrant Proceres Regni, populuſque Senatus,
Turba, Cohors, Legio, Templa Sacrata Scholæ.
Cum Genitrice piâ, Conſors, ſimul atque Sorores,
Natali Sacro vota Sacrata canant:
Vive JOSEPHE diu! Vivat Domus Inclyta terris!
Imperii CULMEN! Vive Salutis APEX!
Auſtriacæ Domui Fulcrum, Spes maxima Mundi,
Vive TIMOR populi, vive perennis AMOR.
Natalemque Tuum ſemper celebrato per Orbem,
Salvus & incolumis ſis, maneaſque diu.
Omnia ſalva Tibi Cœleſti NUMINE cedant,
Singula ſalva Soli, ſingula ſalva Sali.
Militiæ Dux eſto tuæ DEUS Ipſe, Comeſque,
Auſpice quo Ductor, Victor, & Ultor eris.
Fulmineus terror GALLORUM, pelle malignos,
Hoſtes Imperii Cunctipotente Manu.
HUNGARIÆ terras Clypeô defende Salutis,
Pacifices motûs MAGNE JOSEPHE graves.
Et videas Natos, Natas quoque ſemper in Orbe,
Connubii Caſti pignora Sancta Thori.
Qui tibi ſuccedant, tua REGIA facta ſequantur,
IMPERIUM Mundi ſic ſine fine gerant.
Curet Te DOMINUS, Te turbine ſervet ab omni,
Cuſtos & Vitæ ſit DEUS Ipſe Tuæ.
Fervida ne noceat Tibi ſideris aura diei,
Nec Te nocturni frigoris urat hyems.

Et poſtquam longos Regnando expleveris Annos,
Orbe triumphato Victor ad Aſtra redi.
Concurrant mixtim Cives, juveneſque Seneſque,
Atque Hoſianna pium perſonet omnis Homo.
Vive JOSEPHE diu! Vivat Domus Inclyta terris!
Imperii CULMEN! Vive ſalutis APEX!
Auſtriacæ Domui Fulcrum, Spes maxima Mundi,
Vive TIMOR populi, vive Salutis AMOR.
Natalemque tuum ſemper celebrato per Orbem,
Salvus & incolumis ſis, maneaſque diu.
Omnia ſalva tibi Cœleſti NUMINE cedant,
Singula ſalva Soli, ſingula ſalva Sali.
Militiæ Dux eſto tuæ DEUS ipſe, Comeſque,
Auſpice quo ſemper Victor & Ultor eris.
Fulmineus terror GALLORUM pelle malignos
Hoſtes Imperii, qui Diadema petunt.
HUNGARIÆ terras Clypeo defende Salutis,
Pacifices motus MAGNE JOSEPHE graves.
Et videas NATOS, NATAS quoque ſurgere terris,
Connubii Caſti Pignora Sancta Thori.
Qui Tibi ſuccedant, Tua REGIA facta ſequantur,
Imperium Mundi ſic ſine fine gerant.
Curet Te Dominus, Te turbine ſervet ab omni,
Cuſtos & Vitæ ſit DEUS Ipſe Tuæ.
Fervida ne noceat Tibi ſideris aura diei,
Nec Te nocturni frigoris urat hyems.
Et poſtquam longos Regnando expleveris Annos,
Orbe triumphato Victor ad Aſtra redi.
Heſperidum populi, tellus ubi dives Iberum,
Natalem celebrent Magne JOSEPHE Tuum.
CAROLUS & Magnus, qui Fratris Nomine gaudet,
Natali Sacro Cantica grata canat:
Vive JOSEPHE diu! Vivat Domus Inclyta terris!
Imperii Culmen! Vive Salutis Apex!
Natalemque Tuum ſemper celebrato per Orbem,
Salvus & incolumis ſis, maneasque diu.
Omnia ſalva Tibi Cœleſti NUMINE cedant,
Singula ſalva Soli, ſingula ſalva Sali.

Mili-

Militiæ Dux eſto Tuæ DEUS Ipſe, Comeſque,
Auſpice quo DUCTOR, VICTOR & ULTOR eris.
Fulmineus terror Gallorum, pelle malignos
Hoſtes Imperii, qui Diadema petunt.
Hungariæ terras Clypeo defende Salutis,
Pacifices motus Magne JOSEPHE graves.
Et Videas Natos, Natas quoque ſurgere terris,
Connubii Caſti pignora Sancta Thori.
Qui Tibi ſuccedant, Tua Regia facta ſequantur,
Imperium Mundi, ſic ſine fine gerant.
Curet Te Dominus, Te turbine ſervet ab omni,
Cuſtos & Vitæ ſit DEUS Ipſe Tuæ.
Fervida ne noceat Tibi Sideris aura Diei,
Nec Te nocturni frigoris urat hyems.
Et Poſtquam longos Regnando expleveris Annos,
Orbe triumphato Victor ad Aſtra redi.
Te Moſci, Belgæ, diducta Britiannia Mundo,
Et Dani, Sueci, pendula gleba Maris.
Hungariæ Tellus, Latium, Te Turcica Terra,
Et Czechi, Lechi, Carmine concelebrent;
Vive JOSEPHE diu! Vivat Domus Inclyta terris!
Imperii CULMEN! Vive Salutis APEX!
Auſtriacæ Domui Fulcrum, Spes maxima Mundi,
Vive TIMOR populi! Vive perennis AMOR!
Natalemque Tuum ſemper celebrato per Orbem,
Salvus & incolumis ſis, maneaſque diu.
Omnia ſalva Tibi Cœleſti NUMINE cedant,
Singula ſalva Soli, ſingula ſalva Sali.
Militiæ Dux eſto Tuæ DEUS Ipſe, Comeſque,
Auſpice quo ſemper Victor & Ultor eris.
Fulmineus terror Gallorum, pelle malignos
Hoſtes Imperii, qui Diadema petunt.
Hungariæ Terras Clypeo defende Salutis,
Pacifices motus Magne JOSEPHE Graves.
Et videas Natos, Natas quoque ſurgere terris,
Connubii Caſti Pignora Sancta Thori.
Qui Tibi ſuccedant, Tua Regia facta ſequantur,
Imperium Mundi ſic ſine fine gerant.

Curet Te Dominus, Te turbine ſervet ab omni,
Cuſtos & Vitæ ſit DEUS Ipſe Tuæ.
Fervida ne noceat Tibi Sideris aura Diei,
Nec Te nocturni frigoris urat hyems.
Et poſtquam longos Regnando expleveris Annos,
Orbe triumphato Victor ad Aſtra redi.
Te Patriæ Sidus, cantet Germania culta,
Vindobonenſe Solum, CÆSARIS Aula Potens.
Areſcens Albis, Mœnus, Rhenuſque Viſurgis,
Amiſus fervens, Viſtula, Trava, Suevus.
Piſoniſque Lacus, Granus, Dravuſque, Savuſque,
Arrabo, Sarvis, Titia, Leita, Vagus.
Europæ fluvius Danub. qui maximus audit,
Rhodanus & Scaldis, Moſa, Sequana, Ladus,
Et Padus, Tiberis, Lechus, Volturnus & Arnus,
Ana ſuo curſu, Doria, Bætis, Iber.
Humbria cum Tameſi largô, ſimul atque Sabrina,
Occidui Maris terra Noverea ſitu.
Natalem celebrent JOSEPHI tempore longo,
CÆSARIS AUGUSTI facta benigna canant:
Vive JOSEPHE diu! Vivat Domus Inclyta terris!
Imperii CULMEN! Vive ſalutis APEX!
Auſtriacæ Domui Fucrum, Spes Maxima Mundi,
Vive TIMOR Populi, Vive perennis AMOR!
Omnia ſalva Tibi Cæleſti NUMINE cedant,
Singula ſalva Soli, ſingula ſalva Sali.
Militiæ Dux eſto Tuæ DEUS Ipſe, Comeſque,
Auſpice quo Ductor, Victor & Ultor eris.
Fulmineus terror Gallorum, pelle malignos
Hoſtes Imperii, qui Diadema petunt.
Hungariæ Terras Clypeo defende Salutis,
Pacifices motns Magne JOSEPHE graves.
Et videas Natos, Natas quoque ſurgere terris.
Connubii Caſti Pignora Sancta Thori.
Qui Tibi ſuccedant, Tua Regia facta ſequantur,
Imperium Mundi ſic ſine fine gerant.
Curet Te Dominus, Te turbine ſervet ab omni,
Cuſtos & Vitæ ſit DEUS Ipſe Tuæ.

Fervida

Fervida ne noceat Tibi Sideris aura Diei,
Nec Te nocturni frigoris urat hyems.
Et poſtquam longos Regnando expleveris Annos,
Orbe triumphato Victor ad Aſtra redi.
Arſacidæ veniant Perſarum clara propago,
Quà patet Euphratis quà Babylonis iter.
Munera magna ferant JOSEPHO, munera Regi,
Natali Sacro digna Trophæa parent.
Diſcolor extremo quæ cingitur India Gange,
Per Mare, per terras Regio nota Viris.
Undè aperit Lucem Phœbus mortalibus almam,
Mittat ebur, gemmas, Regia dena Sinu.
Quicquid Odoris habent Arabes, molleſque Sabæi,
Auſtrales gentes Thurea grana ferant.
Antipodes populi, tellus ubi Dives Iberum,
Theſauros Peru Viſcera flava Soli:
Et radians Aurum depromant corde ſerenô,
Mexico cum Gazis, divitiiſque ſuis.
Quà patet Orbis iter ſurſum ſurgentibus Aſtris,
Quà patet Occiduis terra Noverca Fretis.
Quaque Dies Medius tenues contraxerat undas,
Atque Lycaonio terra ſub Axe jacet.
Munera magna ferant JOSEPHO, Munera digna,
CÆSARIS Imperio Laurea Serta ferant.
Roma Tibi calathis, ſpargat Tibi Lilia Roma,
Atque triumphales ſub juga mittat Equos.
Natalemque Tuum ſemper celebrabit in Orbe,
JOSEPHI Auguſti maxima facta canet:
Vive JOSEPHE diu! Vivat Domus Inclyta terris!
Imperii CULMEN! Vive Salutis APEX!
Auſtriacæ Domui Fulcrum, Spes maxima Mundi,
Vive TIMOR populi! Vive perennis AMOR!
Omnia ſalva Tibi Cœleſti NUMINE cedant,
Singula ſalva Soli, ſingula ſalva Sali.
Militiæ Dux eſto Tuæ DEUS Ipſe, Comeſque,
Auſpice quo ſemper Victor & Ultor eris.
Fulmineus terror Gallorum, pelle malignos
Hoſtes IMPERII, qui Diadema petunt.

Hungariæ Terras Clypeo defende Salutis,
Pacifices motus Magne JOSEPHE graves.
Et videas Natos, Natas quoque ſurgere terris,
Connubi Caſti Pignora Sancta Thori.
Qui Tibi ſuccedant, Tua Regia facta ſequantur,
Imperium Mundi ſic ſine fine gerant.
Curet Te DOMINUS, Te turbine ſervet ab omni,
Cuſtos & Vitæ ſit DEUS Ipſe Tuæ.
Fervida ne noceat Tibi Sideris aura diei,
Nec Te nocturni frigoris urat hyems.
Et poſtquam longos regnando
Expleveris Annos,
Orbe Triumphato Victor
Ad Aſtra redi!

# IOSEPHO ConDeCoratVM!

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle 3
006 310 079

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725605-p0011-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725605-p0012-6

Szabó III 4534.



# IOSEPHO PRIMO,

## AUGUSTISSIMO ET INVICTISSIMO ROMANORUM IMPERATORI,

HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ REGI, ARCHI-DUCI AUSTRIÆ, DUCI BURGUNDIÆ, STYRIÆ, CARNIOLÆ, CARINTHIÆ, WURTENBERGÆ, MARCHIONI MORAVIÆ, COMITI HABSPURGENSI, TYROLIS, &c.

## DOMINO, DOMINO CLEMENTISSIMO,

# LAURUS AUSTRIACA,

NATALI FELICITER SUCCRESCENS, POEMATE ELEGIACO, TYPIS PUBLICIS adumbrata, & in Templo æternitatis, ad Majorem DEI Gloriam, CÆSARIS Perennaturam Adoream, Univerſi Chriſtiani Orbis Decus, Omnium Subjectorum Salutem, in Ipſo Feſto NATALI, Devotiſſimè ſuſpenſa,

*Die XIX. Martij, Anno,*

IOSEPHE PRODVCAS PACEM!

1705

Per Chriſtophorum Parſchitium.

---

VIENNÆ AUSTRIÆ, Typis Chriſtophori Lercheri, Univerſitatis Typographi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725605-p0013-2